es sich zu ereignen pflegt, daß du an diesem Sakrament etwas geschehen siehst, was weniger würdig zu sein scheint, entsetze dich nicht. Bloß die Gestalt, die in Erscheinung tritt, ist hier im Spiel. Dir zeigt er die Gestalt, sich bewahrt er die Wahrheit. Deinem Sinn stellt er die Ähnlichkeit körperlicher Speise dar, damit dein Sinn durchwegs in dem Seinen geschult werde. Seinem Leib erhält er die Wahrheit der unverletzbaren und unsterblichen Natur, damit er nicht in dem Seinen verderbt werde . . . Für uns bewahrt er durchwegs die Ähnlichkeit der verderbbaren Speise, und verliert doch, soweit es an ihm ist, nicht die Wahrheit des unverletzlichen Leibes. Er scheint zernagt zu werden und bleibt unverletzt. Er scheint verletzt und befleckt zu werden und bleibt unverletzt. Er duldet, daß so etwas um ihn geschieht, damit unser Sinn nicht etwas Fremdes wahrnehme. Aber er erfährt dies nicht in sich, damit die unverderbbare Natur nicht ihre Unversehrtheit einbüße. So groß ist die Würde und Reinheit des Leibes Christi, daß sie weder durch eine Verderbnis einbüßen, noch durch Schmutz befleckt werden kann. Wenn du darum solches geschehen siehst, fürchte nicht für ihn, sondern sei um dich besorgt. Er kann nicht verletzt werden, du aber kannst Schaden erleiden, der du schlecht glauben kannst 1.

Die Sentenzenabbreviation (für das 3. und 4. Buch) des Cod. British Museum Royal 7 F XIII bemerkt denn: A brutis animalibus corpus Christi non sumitur. Quid ergo sumit mus? quid manducat? Deus novit. M[agister] H[ugo] dicit hoc fieri in specie<sup>2</sup>.

Ferner dürfte in diesem Zusammenhang auch die zum Bereich des Anselm von Laon gehörige Summe des Cod. Aa 36 4° der Fuldaer Landesbibliothek zu nennen sein, da sie schreibt:

Sed iterum opponunt heretici ad tanti sacramenti indignitatem, quod panis et vinum in sacramento mucidum vel putridum fiat, panis a muribus corrodatur et in ventre eorum inveniatur, ignibus comburatur. Sed quia, ut ait Augustinus, ideo sacramenta dicuntur, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur — sicut enim in quolibet corpore sine detrimento substantie albedo nigredine vel qualitas quelibet superveniente qualibet contraria qualitate dispellitur, sic in sacramento Christi, quicquid mutationis specietenus vel forme vel ceterarum qualitatum seu corrosione [fol. 49] soricum seu vetustatis mucore vel quibuscumque modis fieri videtur, ad sacramenti substantiam, Christum scilicet, non attinet, quoniam certissime scimus incorruptum permanere in celis, quicquid in eius sacramento con-

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> De sacramentis christianae fidei, lib. 2 p. 8 c. 12 (SSL 176, 470 — Hugonis de S. Victore opera omnia. III. Rouen [1648] 635).

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Fol. 4.

tingere videatur in terris. Sicut enim in proprio corpore modo ortulanus, modo peregrinus, modo fantasma, prout erat fides intuentum (!), apparuit, extrinsecus autem alapas, sputa, flagella sustinuit, sic etiam ad probationem fidelium et scandalum infidelium usque in finem seculi talia fieri permittet in sacramento suo, unde electi exerceantur, reprobi indurentur. Cum enim Christus sacramento ocultatus (!) tantaque sui indignitate dissimulatus, non tamen ibi esse minus creditur nec minori reverentia a fidelibus colitur, fides hoc modo probata, dum contra hoc, quod videt, de Deo sentit, maiora meretur. Infidelitas autem suo scandalo indurata dampnatur, que ibi contempnit Christi revereri substantiam, ubi in repellenda sacramenti indignitate nullam eius videt potentiam. Sed si ibi Christus vel sue presentie evidentia innotesceret vel sue potentie miraculis claresceret, quod fidei esset meritum, cui sue conditionis tam manifestum daret experimentum? Fit etiam aliquando huiusmodi indignitas ad puniendam vel corrigendam ministrorum negligentiam pro eo, quod corpus Domini indigne tractaverint vel contra ecclesiasticas regulas minus attente vel diutius, quam debuerint, servaverint 1.

Der Verfasser geht aber noch weiter und erklärt, daß die unwürdige Behandlung niemals den Leib Christi treffen kann, daß aber auch die Species selber weder vom Schimmel befallen noch verdaut werden, da ihnen ja nicht die entsprechenden Substanzen zugrunde lägen, so daß sie darum lediglich scheinbar, nicht aber in Wirklichkeit schimmelig und verwest wären. Und dies geschähe wieder nur zur Strafe für die Nachlässigkeit oder zur Prüfung des Glaubens <sup>2</sup>. Damit rückt diese Summe auch in die Nähe Abaelards <sup>3</sup>.

<sup>&</sup>lt;sup>1</sup> Fol. 48v f.

<sup>&</sup>lt;sup>2</sup> Fol. 49v: Quicquid igitur in sacramento Christi specietenus, ut dictum est, fieri etiam monstruose videatur pro aliquorum negligentia punienda vel corrigenda seu pro fide probanda et instruenda, seu pro perfidorum scandalo et ruina, fidem Christi non evacuat, quia dispensante Deo aliter nullatenus ad sui corporis indignitatem attinere credendum est. Nec solum corpori Christi, sed etiam ipis sacramento visibili eadem causa mucorem accidere negamus et putredinem, quam superius digestionem, quia, cum ille species sint sine panis et vini substantia, quomodo mucescere possint magis quam digeri, non facilis patet causa. Ipsis vero speciebus, cum non sint eterne, defectum negare non possumus. Sed ipsum defectum dicimus ita simplicem, ut nullam feditatis admittamus corruptionem. Possunt tamen videri mucide vel putride, quamvis ita non sint, sicut Christus ortolanus, peregrinus, prout erant intuentium mentes. Sed hac visione cum eis, quibus fit, ita agitur, ut supradicte cause in eis compleantur. Quod autem ventrem distendere vel inebriare dicuntur, non hoc quidem suum esse approbamus, sed quando ita facere videntur, eisdem supra dictis causis id fieri credimus.

<sup>&</sup>lt;sup>3</sup> Man vgl. hier übrigens auch den porretanischen Paulinenkommentar des Cod. Paris. Nat. lat. 686 fol. 61v: Queritur autem, cum vere in corpus Domini transeat panis et vinum, utrum vere habeant formam et saporem, in quibus

Es lohnt sich dann noch, die folgenden, den Stercorianismus angehenden Ausführungen zu verzeichnen:

Diximus superius non minus ore corporis quam ore cordis corpus Domini esse sumendum. Sed ex hac visibili et corporali comestione, que sacramentotenus fit, nescitur heresis fedissima stercorianistarum. Dicunt enim tantum sacramentum sicut corporali comestioni, sic et secessui esse obnixium (!). Voluit (!) autem hoc astruere tum multis argumentis, tum ipsius Christi testimonio ita in euangelio dicentis: Omne, quod intrat in os, in ventrem vadit et in secessum emittitur, cum constet hoc eum dixisse non de spirituali, sed de communi cibo et carnali. His igitur obscenis hereticis periculosum esset super hoc aliquid respondere magisque dignum aures nostras obdurare, nisi periculosius esset eos in scandalum ecclesie talia proponere et tantam eorum falsitatem nos nullis fidei catholice rationibus reverberare. Quibus primum illud beati Ambrosii opponimus, quod non humano aut seculi sensu in Dei rebus monet loquendum. Deinde illud ipsius sapientie eloquium: Altiora te ne quesieris et fortiora te ne scrutatus fueris. Sed que precipit Deus, illa cogita semper et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Quomodo enim panis efficiatur caro, vinum vertatur in sanguinem Christi utriusque essentie mutata natura, vel utrum vadant in secessum more ciborum communium, iustus, qui ex fide vivit. scruta-[fol. 47v]ri et concipere ratione non querit. Unde Gregorius in omelia paschali: Quod ex agno remanet, igni comburimus, quando hoc, quod de mysterio incarnationis eius intellegere non possumus, potestati Spiritus Sancti reservamus. Scimus enim hoc sacramentum omnimoda reverentia esse a communibus cibis secernendum, quia (!), ut ait apostolus, manducat et bibit indigne non diiudicans corpus Domini, id est a ceteris escis non discernens. Licet enim simili modo quantum ad comestionem per os in ventrem mittatur, absit tamen, ut tantum sacramentum secessui obnoxium credatur, in quo si huiusmodi nature ordo compleatur, mysterium fidei sua indignitate nimia humilietur. Si enim, ut ait Eusebius, hec hostia estimanda est fide, non specie, non exteriori censenda visu, cum huius hostie substantia credatur Christus, cur pro specie panis, qua opertus est, adiudicatur ei secessus indignitas, cum exteriori specie vel visu non sit cen-

apparent. Quod non videtur. Tantum enim est corpus Christi in altari, quantum fuit in cruce et eiusdem forme. Quare non habet in altari rotunditatem, que apparet, nec parvitatem. Item, si vere sunt caro et sanguis, verum saporem habent carnis et sanguinis, non vere saporem vini et panis. Quare, cum hec accidentia non si[n]t vere in corpore Domini, aut sunt in alio subiecto aut prorsus non sunt. Et volunt quidam, quod in aere pretendantur hec accidentia, sicut et angeli, qui Abrahe apparuerunt, formam humani corporis, quam in se non habebant, in aere pretenderunt. — Nos autem credimus, quod prorsus non sunt forma et sapor, que sensibus nostris apparent. Sed, sicut in transfiguratione Dominus discipulis ostendit se talem, qualis non erat, ita et in hoc sacramento se talem ostendit, qualis non est. Nec tamen est prestigium, quia fit ad humane infirmitatis consilium, ne scilicet humani sensus, si Christum in ea forma, in qua est, presentiant, accedere et suscipere ipsum omnino abhorreant.

sendus? Quod non solum contra fidem est, sed et contra nature rationem. — In illis speciebus panis et vini nulla est nisi corporis Christi substantia vel fides nostra est irritata. Panis enim et vini substantia in corpus et sanguinem Christi conversa, dum facta est, quod non erat, desistit esse, quod fuerat. Si ergo substantia panis ibi non est, quid defecari et corrumpi usque ad secessum potest? Nam substantia Christi, que vere ibi est et in quam substantia panis et vini conversa est, nullatenus credenda est, quia incorruptibilis est. Unde Ambrosius: Corpus Christi alienum est ab omni corruptione, quod quicumque religiose gustaverit, corruptionem sentire non poterit. Et merito. Quam enim incorruptionis gloriam largiretur nobis, qui in se ipso tantam corruptionis ignominiam pateretur. Sed et qui, quamvis hoc mortis legibus debere videretur, incorruptionem videre non potuit in sepulchro, quomodo corrumpi credendus est in hominis stomacho? Cibi corporei, qui angelis oblati ad comedendum leguntur, per divinam potentiam prorsus absumpti secessum nature sue debitum evaserunt, et cibus spiritualis, qui dat vitam eternam mundo, incurret secessum nature sue indebitum, maiestati indignum, potentie omnimodo contrarium. Unde Ambrosius in libro de sacramentis : His sacramentis pascet Christus ecclesiam suam, quibus anime firmat substantiam. Et post pauca: Quid edamus et bibamus, per prophetam Spiritus Sanctus expressit dicens: Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus. In illo sacramento est Christus, quoniam corpus est Christi. Non ergo corporalis, sed spiritalis est esca. Si ergo spiritualis et non corporalis esca, quomodo corporali secessui obnoxia? Cibus enim spiritualis nobis est communis cum angelis, quia panem angelorum manducavit homo. Cibus carnalis nobis communis est cum bestiis, bestialis defectum patitur digestionis; angelicus gloriam servat incorruptionis. Sed notandum, quia escam, quam Ambrosius non corporalem astruit, Augustinus corporalem dicit. In quo, ne dissentiant, sciendum est, quod Augustinus corporalem dicit, quia sacramentotenus corporaliter sumitur; Ambrosius corporalem negat, quia, cum substantialiter spiritualis sit, non corpus, sed animam vegetat. Quia igitur Augustinus secundum speciem sacramenti escam dicit corporalem, ne ipsis speciebus sacramentalibus corporalis deputetur secessus, quomodo nec in ipsis esse possit, videamus.

In quibuslibet substantiis formarum, colorum saporumque qualitates fundantur, que qualibet alteritate superveniente non manent in eis. Et quod sic mutantur, non fit corruptione secessus, sed sola sui alteratione defectus. Verbi gratia [fol. 48] cum albedo mutatur in nigredinem, nunquid in defectu suo alicuius secessus [Ms. hat successus] patitur digestionem? Sic in formis et qualitatibus corporis Christi et sanguinis, si aliquis deprehenditur defectus, non usque ad secessum est humiliandus, quia, cum a corporibus, quibus naturaliter insunt, sine stercore deficiant, quomodo que deficientibus substantiis suis in sacramento Christi mirabiliter reservantur, in defectu suo indignitatem secessus nature sue contrariam incurrant? Sed cum de ceteris sacramentalibus speciebus columba spiritu et igne, in quibus Spiritus Sanctus apparuit, Augustinus contra Maximinum dicit:

Quia corporales ille species peracto significationis officio transierunt et esse alterius destiterunt, nichil indignius de his corporalibus speciebus, que Christi contegunt corpus, est sciendum. Officium enim huius visibilis sacramenti est corporali comestione et potu ostendere, quod Christus ecclesie sue incorporetur. Quid de ipso deinceps fiat, si supradicte rationes non videntur sufficere, Deo, cuius est, fideliter et honeste committatur. Melius est enim Deo humiliter committere, quod scire non possumus, quam perverse contra eum fingere et sentire, quod tamen nescimus <sup>1</sup>.

Die zum Bereich des Robert von Melun gehörigen Quaestiones super epistolas Pauli stimmen mit Robert und dem Lombarden zwar darin überein, daß sie von einem Berührt- und Verzehrtwerden des Leibes des Herrn durch Tiere nichts wissen wollen; wo sie aber mit den Worten des Lombarden die weitere Frage stellen, was also die Maus nimmt, was sie verzehrt, fügen sie zu dem Gott weiß es des Lombarden noch hinzu: Vielleicht bloß die Akzidentien, die dort sind 2. In dem zum gleichen Bereich gehörigen Paulinenkommentar des Cod. Paris. Arsenal. lat. 534 wird es nicht ganz klar, ob darin für den uns interessierenden Fall lediglich noch von Akzidenzien die Rede ist, oder ob der Verfasser noch ein Verbleiben des Leibes des Herrn unter den Akzidenzien annimmt 3. Dagegen entscheidet sich wieder der Magister Gandulphus ganz eindeutig dafür, daß, sosehr dem auch so scheine, von den Tieren der Leib des Herrn nicht genommen werde. Sie nähmen

- <sup>1</sup> Fulda, Landesbibliothek, Cod. Aa 36 40 fol. 47 ff. Gegen den Stercorianismus wendet sich auch Alanus von Lille, Contra haereticos libri quatuor, lib. 1 c. 58 (SSL 210, 363): Quod autem Christus ait: « Omne, quod in os intrat » etc., intelligendum est de cibo materiali, non spirituali; sicut enim materialis cibus vadit in secessum, ita spiritualis in mentis excessum. Ille enim est cibus ventris, hic mentis.
- <sup>2</sup> In epistolam I ad Corinthios, q. 103 f. (SSL 175, 532): Quaestio CIII. Quaeritur, an corpus Domini a brutis animalibus tangatur vel sumatur? Solutio: Nullo modo vel a mure vel ab alia bestiola sumitur. Quaestio CIV. Quid ergo sumit mus, qui manducat? Solutio: Deus novit. Forsitan nisi accidentia, quae ibi sunt.
- <sup>3</sup> Fol. 199v: Queri preterea solet, utrum corpus Christi sumptum a nobis vadat in ventrem vel aliquid tale. Huiusmodi questionem utinam nemo faceret. Eam tamen facienti beatus Ambrosius ita respondet: Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed panis vite est eterne, qui anime nostre substantiam fulcit. Si mucidum fiat, si a mure corrodatur vel aliquid minus honestum circa ipsum fiat, nunquam sordidatur. Ipsum enim nullius immunditie sordes attingunt, etsi circa speciem sacramenti videantur accidere. Wörtlich findet sich dies bei Balduin von Canterbury, Liber de sacramento altaris (SSL 202, 772). Man vgl. A. Landgraf, The Commentary on St. Paul of the Codex Paris. Arsenal. lat. 534 and Baldwin of Canterbury. The Catholic Biblical Quarterly. 10. Washington, D. C. (1948) 55-62.

vielmehr nur die Form und den Geschmack, nicht aber den Leib des Herrn <sup>1</sup>. Eine Ansicht, auf die auch die Ps. Poitiers-Glosse hinweist <sup>2</sup>.

Dies führt Alanus von Lille noch weiter aus, indem er bemerkt, daß die Form des Brotes in diesem Fall wunderbarer Weise, als wäre sie die Substanz des Brotes, zur Nahrung der Maus wird. Was denn auch nicht verwunderlich sei, da es auch im Bereich des Natürlichen vorkomme, daß einer durch den bloßen Geruch des Weines berauscht werde. Oder man lese auch, daß einige Völker sich vom bloßen Duft des Obstes nähren <sup>3</sup>.

- ¹ Sententiae, lib. 4 § 136 (J. de Walter, Magistri Gandulphi Bononiensis Sententiarum libri quatuor. Wien-Leipzig (1924] 458): An a brutis animalibus corpus Christi sumatur. Illud etiam sane asserendum videtur, quod a brutis animalibus corpus Christi non sumitur, etsi sumi videatur. Formam ergo tantummodo et saporem, non corpus Domini sumunt. Gandulph lehrt auch, daß die eucharistischen Akzidenzien ohne Subjekt bestehen. (Sententiae, lib. 4 § 124. J. de Walter, a. a. O. 452.)
- <sup>2</sup> Cod. Paris. Nat. lat. 14423 fol. 98 (zu 4 dist. 9 c. 1 n. 93 Quaracchi [1916] 794): «Item, [qui] discordat a Christo». Hanc auctoritatem suppositam in eodem capitulo hic repetit, ut eius occasione errorem quorumdam in sequenti confutet capitulo dicentium corpus Christi non sumi a malis essentialiter, sed formam vel speciem panis et vini tantum, sicut dicitur de brutis animalibus, quod tantum formam vel speciem comedunt ut mus.
- <sup>3</sup> Contra haereticos libri quatuor, lib. 1 c. 58 (SSL 210, 362 D f.): De mure accedente ad pixidem dicimus, quod non comedit corpus Christi, sed formam illam panis, quae miraculose cedit in eius nutrimentum, acsi esset panis substantia. Nec mirum, cum in naturalibus contingat, quod aliquis inebriatur solo odore vini. Legimus etiam, quod quidam populi pascuntur solo odore pomorum. — Nach Alanus bleiben die eucharistischen Akzidenzien ohne Subjekt bestehen. (Ebenda, SSL 210, 361). — Betreff der Ernährung durch die Eucharistie vgl. man Petrus Cantor, Summa de sacramentis et anime consiliis (Rein, Stiftsbibliothek, Cod. lat. 61 fol. 178v): Queritur etiam, unde sit, quod panis ille corroborat cor hominis et vinum letificat, ut etiam possit ad diutinam sustentationem vite humane sufficere. Potest dici, quod de speciebus, que remanent post transsubstantiationem. Non solum enim accidentales proprietates remanent, ut supra diximus, sed etiam substantialis proprietas veluti panitas. Nec mirum, cum etiam de odore solo sustentetur aliquis iuxta illud: Indicus ex more pomorum vivit odore et de odore solo inebriatur aliquis. — Si queratur, an hoc sit miraculosum, in hoc quidem scimus esse miraculum, quod accidentia remanent sine substantivo (!), cui insunt, sed quod (pro) illa accidentia efficaciam illam habeant, pro miraculo non asse rimus. — In den dem beginnenden 13. Jahrhundert angehörigen Quästionen des Cod. Paris. Nat. lat. 3572 wird im gleichen Zusammenhang auf den Cantor Bezug genommen (fol. 181v): Consequenter queritur, utrum sacramentum transeat in corpus humanum, et videtur, quoniam ibi est sapor, per quem posset homo reffici, et tantus posset esse et in tam magna quantitate, quod omnino sustentaretur. Dicit Rabanus: sacramentum in corporis nostri alimentum redigitur. Ergo transit in corpus hominis. Contra: Dicit Augustinus: Non est hic panis, qui vadit in corpus. Dicebat Cantor Parisinus, quod per saporem aliquomodo posset homo

reffici, sed non sustentari, quod bene compertum est ab illis, qui confficiunt in magna quantitate, quia quantumcumque acciperent, non sustentarentur. — Ferner ROBERT COURSON in seiner Summe (Brügge, Bibliothèque de la ville, Cod. lat. 247 fol. 143v): Nota tamen, quod eucharistia non est cibus corporis, sed mentis, et ideo secure possumus dicere, quod non incorporatur, in os tamen intrat, sed in stomachum non descendit nec miscetur communibus cibis, sicut habetur in eadem dis. capitulo « Liquido », ubi Ambrosius in eadem dis. ait : Nec iste panis est, qui vadit in corpus, sed panis vite eterne, qui anime nostre substantiam fulsit. Et ibidem dicit Augustinus idem capitulo X « Panis ». Unde possumus convenienter distinguere, cum corpus Christi est in ore sumentis, si ipse est domus Dei (!), statim eucharistia descendit in mentem eius propter sathanam, qui in ea est. Et constat, quod non intrat in stomachum, ut misceatur ceteris cibis. Ergo tunc statim volat ad dexteram Patris. — Vorher schon schrieb Praepositinus in seiner Summe (Cod. Erlangen. lat. 353 fol. 53v): Item queritur, utrum aliquis possit tantum sumere, quod possit satiari vel inebriari. Quod non videtur, quia cibus ille vel potus non est corporis, sed tantum mentis. Ergo corpus inde satiari non potest vel inebriari. Iam legitur de quodam, qui non bene credebat, quod quidam vir sanctus consecravit ei in aliquantum magna specie et consumsit, non plus fuit refectus quam prius; et postea in tanta quantitate, quod bene sufficeret uni vel duobus hominibus; sed nec sic vel ad modicum refectus est. Unde ille confirmatus in fide intellexit, quod non erat cibus corporis, sed anime. Magistri nostri tamen dicunt, quod, sicut remanet species, ita remanet vigor. Unde et satiari potest et inebriari ex propriis speciebus. — Hugo a S. Charo schließt sich in seinem Sentenzenkommentar (4 dist. 9 — Leipzig Universitätsbibliothek, Cod. lat. 573 fol. 229v) an Praepositinus an: Solutio: Ad hoc dicit Praepositinus, quod, sicut ibi remanet color et sapor et huiusmodi accidentia sine subiecto, ita et vigor subiecti. Unde, sicut panis et vinum, si essent ibi, satiare et inebriare possent, ita et accidentia illa. Et hoc videtur velle apostolus Cor. XI, ubi dicit: Vobis convenientibus in unum iam non est cenam dominicam manducare. Alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Et hoc idem dicit ibidem Augustinus, scilicet quod quidam satiantur et inebriantur corporaliter tali cibo. Et Innocentius papa in quodam tractatu, quem facit de officio, dicit, quod forme ille in eosdem humores resolvuntur, in quos resolveretur panis et vinum, si ibi essent. — In den zweiten Quästionen des Cod. Paris. Mazar. lat. 1708 — die übrigens in einigen Teilen dem Petrus von Capua nahestehen — liest man auf Blatt 256: Et si unus <r> illud, quid (r)ederet? Accidens. Et si aliquis inebriaretur illo vino, unde inebriaretur? Accidente, scilicet specie, in qua prius panis apparuit. — Ferner vgl. man Wilhelm von Auvergne, De sacramento eucharistiae, c. 1 (Opera omnia. I. Paris [1674] 434 f.) und die Sakramentensumme des Clm 22233 fol. 23v f. — Die gegenteilige Lehre vertritt die zum Bereich des Anselm von Laon gehörige Summe des Cod. Aa 36 4° der Fuldaer Landesbibliothek fol. 48v: Sed obponunt heretici: Si multi panes et multi vini sacrentur, diu hominem inde posse vivere, ut non de preterito, sed de hoc presenti et diuturno victu illum astruant interim secessum habere. Dicunt enim aliquos per multa tempora hoc expertos eo desiderio, ut etiam in hac vita cibo alerentur angelico. Quos ne defectu proprie carnis, ut in infirmitatibus solet, secessum habuisse videatur, ita eos carne vegetatos his cibis et saginatos, sicut et communibus astruunt, ut cum negatur defectus carnis, probetur secessus sacre fuisse communionis. Sed Deo annuente nec sic vincent heretici, quia credendum est quidem, quod cibus celestis, qui confert vitam eternam, potest, quibus sibi placuerit, conferre temporalem. Sed ne in digestione solvi credatur, qui de defectu carnis sue secessum facit infirmo de ipsa carne, nec tamen deficiente potest secessum dare sano.

Auch der Bereich des Odo von Ourscamp <sup>1</sup> dürfte dieser Gruppe zuzuzählen sein.

5. Eine weitere Ansicht setzt sich dafür ein, daß das Tier den wahren Leib des Herrn verschlingt, obgleich es dabei keine andere Empfindung hat als bei bloßem Brot. Auf sie verweist die Sentenzenglosse des Clm 22288 <sup>2</sup>. Daß sich diese Lehre wirklich von der im Vorausgehenden aufgeführten unterscheidet und nicht bloß eine deutlichere Darstellung derselben ist, läßt sich aus den Sententiae de sacramentis des Magisters Petrus Manducator ersehen, die beide deutlich auseinanderhalten. Man lese nur:

Queritur, quid rodatur a mure. Dicunt quidam, quod corpus Christi roditur et comeditur a mure sicut et ab homine. Mundius est enim os muris quam os Jude. Alii dicunt, quod sola species panis ibi roditur, et quicquid in hoc sacramento minus dignum geri videtur, circa panis et vini speciem geritur, non circa corporis Christi veritatem <sup>3</sup>

Gehalten wird diese Doktrin von dem dem Gilbertus Universalis zugeschriebenen Paulinenkommentar des Cod. lat. 17 der Bibliothek von Laon:

Potest autem queri, quare Dominus corpus suum, quod iam est immortale et impassibile, patiatur sumi a muribus vel ceteris animalibus. Sed non est mirum, cum illud idem pateretur conspui, flagellari, ignominiose tractari a perfidis iudeis, quia nichil immunditie in eo contrahit. Omnis enim creatura Dei est munda. Si enim contaminaretur, maxime videretur contaminari in animabus peccatorum. Sed nefas est dicere, ut ibi aliquid immunditie contrahat, sicuti sol, cum immunda loca penetrat, tamen nullo modo contaminatur 4.

- <sup>1</sup> Troyes, Cod. lat. 964 fol. 137v: Frangitur forma tantum et dentibus atteritur vel, si contingit, a mure corroditur. Ebenso J. B. PITRA, Analecta novissima Spicilegii Solesmensis. Altera continuatio. Tom. 2. Paris (1888) 37. In dieser gleichen Quästion findet sich auch die Lehre vom Verbleiben der Akzidenzien ohne jedes Subjekt (Troyes, Cod. lat. 964 fol. 137v).
- <sup>2</sup> Fol. 99 (zu 4 dist. 13 c. 1): « Quid ergo sumit mus? », quando accidentia illa videtur corrodere. Quidam dicunt, quod verum corpus Christi sumit, licet in eo non habeat effectum alium quam purus panis.
- <sup>3</sup> Cod. British. Museum Additional 34807 fol. 65v und R. M. MARTIN, Pierre le Mangeur De sacramentis. [Spicilegium Sacrum Lovaniense. Fasc. 17, Appendice] Louvain (1937) 56\*.
- <sup>4</sup> Fol. 39v. Man vgl. B. SMALLEY, Gilbertus Universalis, Bishop of London (1128-1134) and the problem of the « Glossa Ordinaria ». Recherches de théologie ancienne et médiévale. 8. Louvain (1936) 58.

Eine zum Bereich des Anselm von Laon gehörige Sentenz der Codd. Paris. Nat. lat. 16528, Cod. Paris. Nat. lat. 12999, Clm 4631, Clm 12668, Clm 22272 und Bamberg. Can. 10 schreibt:

Sicut autem transiens omnia immunda remanet sol purus et non coinquinatur, sic multo magis dominicum corpus, qui sol iustitie est, non immundari vel contaminari potest, sive a peccatoribus accipiatur sive ab immundis animalibus corrodi videatur <sup>1</sup>.

Zu dieser Lehre dürfte sich wohl auch die heilige Hildegard von Bingen <sup>2</sup> bekennen. Praepositinus schreibt sie dem Magister Odo zu, wo er berichtet: Der Magister Odo sagt, daß der Mund des Sünders unreiner ist als das Maul einer Maus. Und wie der Herr im Mund eines Sünders ohne zu verschwinden sein kann, so auch im Maul einer Maus. Denn es besteht kein triftigerer Grund dafür, daß er in der unreinsten Pixis sein könnte, nicht aber im Maul einer Maus <sup>3</sup> Nach Giraldus Cambrensis haben sich auch Mauritius und Petrus Manducator zu dieser Ansicht bekannt <sup>4</sup>.

Mit aller Nüchternheit wird dann diese Lehre von dem porretanischen Kommentar zum 1. Korintherbrief im Cod. Paris. Arsenal. lat. 1116 vorgetragen: Der Leib des Herrn kann im Maul einer Maus sein, die ihn sozusagen zernagt und zwar in einer Weise, daß man aufweisen kann, wo er ist, solange er sich in den fühlenden Teilen der Maus befindet, d. h. im Maul, zwischen den Lippen, im Schlund, welche als fühlende Teile bezeichnet werden. Sobald er sich aber nicht mehr in diesen Teilen befindet, wird er dann gesucht, dann ist er zur Rechten des Vaters zu suchen <sup>5</sup>.

- <sup>1</sup> O. Lottin, Nouveaux fragments théologiques de l'école d'Anselme de Laon. Quelques manuscrits français. Recherches de théologie ancienne et médiévale. 12. Louvain (1940) 54.
- <sup>2</sup> Epistola 47 (SSL 197, 225 A): Si autem circa corpus Domini aliqua indigne accidunt, ut vel putrescere vel ab aliquo animali corrodi seu consumi videatur, ista tantum in sacramento visibili vel sola specie exteriori sunt, virtute et gratia sacramenti illibata et incorrupta divinitus conservata.
- <sup>3</sup> Summe (Cod. Erlangen. lat. 353 fol. 54): Magister Odo dicit, quod immundius est os peccatoris quam os muris et sicut potest esse in ore peccatoris sine sui inanimento, ita etiam in ore muris. Non enim maior est ratio, quare possit esse in immundissima pixide et non possit esse in muris ore.
- <sup>4</sup> Gemma ecclesiastica (Ed. Brewer, 2, London, 30): Parisiensis autem episcopus Mauricius et Manducator dicebant a mure corpus Domini sumi, sicut a Iuda sumptum est et dente maledico contritum.
- <sup>5</sup> Fol. 73v. A. M. Landgraf, Commentarius Porretanus in primam epistolam ad Corinthios. [Studi e Testi 117] Città del Vaticano (1945) 159 f: Item, corpus Christi potest esse in ore muris, ut ita dicam, corrodentis, ita scilicet, quod

Nach Robert Courson verzehrt die Maus oder ein anderes Tier den Leib des Herrn bloß hinsichtlich der Species, oder, wenn sie ihn verzehrt, was Gott allein weiß, dann nur in der Weise, wie dies ein unreiner Mensch tut, in dessen Mund sich zwar der Leib des Herrn befindet, solange dort jene Form ist, dann aber sofort entschwindet <sup>1</sup>. Im wesentlichen das Gleiche liest man dann auch in der anonymen Summe des Cod. Vat. lat. 10754 <sup>2</sup> und, als Möglichkeit dargestellt, in einer dem beginnenden 13. Jahrhundert angehörigen Quästion des Cod. Paris. Nat. lat. 3572 <sup>3</sup>, die dabei nur auf Grundsätzlichem aufbaut, das man bereits auch bei Petrus von Capua <sup>4</sup> findet.

quamdiu erit in partibus sensibilibus muris, in ore, inter labia, in gutture, que dicuntur hic partes sensibiles, tamdiu assignabitur, ubi sit. Ex quo vero in istis partibus non erit, si, ubi sit, post queratur, ad dexteram Dei Patris querendum est. — Hoc autem quandoque delicto iniqui prelati a pixide Dei virtute aufertur a nullo manducatum nec ab irrationabili animali, a quo nec incorporatur Christus, vel quod sibi non incorporat Christus, nec a rationali, a quo, etsi non incorporetur, ipsum tamen sibi quandoque incorporat, ita quod in partibus ipsi manducanti sensibilibus assignat esse, quamdiu in illis partibus ab ipso manducante sentitur.

- ¹ Summe (Brügge, Bibliothèque de la ville, Cod. lat. 247 fol. 143v): Solutio: Dicendum, quod mus vel aliud animal brutum dicitur corpus Christi sumere vel comedere quantum ad speciem. Vel si sumit illud, quod solus Deus novit, non sumit nisi eo modo, quo homo immundus, in cuius ore etsi sit corpus Christi, dum est ibi illa forma, statim avolat ab eo. Non enim intrat in mentem eius, in qua habitat sathanas, sicut dicitur in Ysaia ibi: Pallium meum breve est et coangustatum est, stratum scilicet conscientie operire non potest, scilicet sponsum et adulterum, Christum et dyabolum. Nec aliquis debet mirari, si corpus Christi est, ubicumque est forma panis vel vini sive in bono sive in malo. Nam ille, qui per deitatem est ubique, in humanitate simul et deitate potest esse in pluribus locis, ubi vult et sicut vult vel ad bonorum salutem vel ad malorum damnationem.
- <sup>2</sup> Fol. 37v: Potest tamen dici, quod mus sumat. Cum enim pessimus homo ipsum sumat, quare non mus, non est ratio. Scelerosus enim sumit sacramentaliter tantum, id est corpus et sanguinem Christi sub sacramento, sed non spiritualiter, id est efficaciter, id est ita, quod habeat effectum in eo, ut ipse fiat de unitate ecclesie. Hier sei noch auf eine Stelle aus dem Paulinenkommentar des Stephan Langton hingewiesen, zu 1 Kor. 11 (Salzburg, Stiftsbibliothek von St. Peter, Cod. a X 19, Seite 81): « A brutis » animalibus corpus Christi non sumitur. Quod ex illo perpenditur miraculo, quod dicitur de corpore in silva amisso, quod fere per annum transeuntes adoraverunt.
- <sup>3</sup> Fol. 181v: Corpus tamen Christi in hominem essentialiter descendit, ibi aliquantulum sacramentaliter moratur. Quod patet per illos, qui postea evomunt. Videntur enim species, et ubicumque sint species, subest corpus Christi, sed quamdiu moratur ibi, nescitur. Constat enim, quod in alimentum hominis non transit. Et dicit auctoritas: non magis bestiarum vel avium quam nostro leditur esu vel angelorum ministerio. Inde patet, quod in corpus animalis posset descendere nec ipsum lederetur vel pollueretur illo, quia omnia munda ei, qui ea fecit.
- <sup>4</sup> Summe (Clm 14508 fol. 60v): Item queritur, quamdiu corpus Christi maneat in altari et in ipso sumente, utrum incorporetur ei et sit in stomaco eius

Divus Thomas 4

Damit ist das bisher bekannte Material erschöpft. Es hat ergeben, daß gerade die Ehrfurcht, die man im 12. Jahrhundert vor dem allerheiligsten Altarssakrament oder besser vor dem Leib des Herrn besaß, es als unverträglich empfand, daß dieses hochwürdigste Gut irgendwie unwürdig behandelt werden oder in eine Situation gelangen könnte, die mit seiner Erhabenheit unverträglich wäre. Darum galt einem Problem, wie dem quid sumat mus, das, wie sich aus den Bußbüchern ergibt, durch tatsächliche Vorkommnisse zur Diskussion gedrängt wurde, der Scharfsinn auch der ernstesten Forscher, die denn auch fünf Lösungen erdachten, deren eine sich vor einem Ignoramus nicht scheute, was aber nicht hinderte, daß eine andere in nüchternster Spekulation sie in den Rahmen theologischer Erkenntnisse stellte, in den sie gehörte, und sich so zur Endgültigkeit durchrang <sup>1</sup>.

sicut alius panis. — Responsio: In altari manet, quamdiu aliqua forma panis ibi manet. Set an ipse sumens sumat illud in ore et descendat per gutur, dubium est. Auctoritas enim tradit: eodem momento a manibus sacerdotis in altari tenetur et ministerio angelorum in celum rapitur consociandum corpori Christi. Unde dicitur, quod non maneat aliquo modo in sumente. Set sciendum, quod, quamvis hic de eodem videatur agi, de diversis tamen agitur. Quod enim dicitur « tenetur », ad ipsam formam refertur: quod dicitur « rapitur ministerio angelorum », ad substantiam panis, que rapitur, id est raptim et invisibiliter transubstantiatur in celum, id est corpus celeste. Quod dicitur « consociandum corpori », ad formam, que consociatur corpori, cum sub ea incipit esse corpus Christi. Et potest dici, quod etiam in ipso sumente manet materiale corpus, donec est in eo alique forma ipsius panis, non tamen incorporatur ei, quia cibus est anime, non corporis, ut dicit Augustinus.

<sup>1</sup> Hier sei nur bemerkt, daß sich auch die Hochscholastik mit der Frage, deren Entwicklung wir gezeichnet haben, beschäftigte. So findet man beim hl. Thomas von Aquin in der Summa theologiae III q. 80 a. 3 ad 3 die von uns an letzter Stelle behandelte Ansicht weitergebildet. — Im Paulinenkommentar des Petrus von Tarantasia kann man zu 1 Kor. lesen: Item, ibidem glosa: Sciendum, quod a brutis corpus Christi non sumitur. Contra: Quicumque sumit species continentes, sumit contentum corpus. — Responsio: Bruta non sumunt species ut species, scilicet secundum ordinem, quem habent ad contentum, sed secundum se absolute. (Brügge, Bibliothèque de la ville, Cod. lat. 80 fol. 45).